

sanctorum. Honestavit illū in laboribus: et complevit labores illius. In fraude carāvenienciū illi affuit: et honestū fecit illū. Custodiuit eū ab inimicis: et a seductoribus tutavit illū. Et certamen forte dedit illi. ut vinceret: et sciret quoniam omnium potentior est sapiens. Hec venditum iustū non dereliquit: sed a peccatoribus liberavit eū. Descendit quod cum illo in foueam. et in vinculis non dereliquit illū: donec afferret illi scriptū regni. et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculauerunt illū. Et dedit illi claritatem eternam: dominus deus noster. *Ad Hymothaim.*

**R**ememore esto dominum Ihesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meum: in quo laboro usque ad vincula quasi male operans. sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur. que est in christo ihesu cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam. institutionem.

positum. fidem. longanimitatem. dilectionem. pacientiam. persecutiones. passiones: qualia michi facta sunt antiochie. pconij. iustis. quales persecutiones sustinui. et ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui volunt pie vivere in christo ihesu: persecutionem patientur.

*R. ill. D. i. d. s. Amen. Scdm* amen dico vobis: *Iohanne.* nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. ipsū solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et ubi ego sum: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus: qui est in celis. *S. mathai.*

*R. ill. D. i. d. s. Nichil operatum quod non reuelabitur: et occultum quod non sciat. Qd* dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem